

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institvtionvm Ivrис Ivstiniianeарvm
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. XIV. De Replicationibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

TIT. XIV.

De Replicationibus.

De replicatione.

INTERDUM evenit, ut exceptio, quæ prima facie justa videtur, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris gratia, quæ *Replicatio* vocatur: *quia per eam replicatur atque resolvitur jus exceptionis.* Veluti cum patet, est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio, convenit enim ita. Namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sint. Sed, quia iniquum est, creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto consentendo.

De duplicatione.

i. Rursus interdum evenit, ut replicatio, "quæ Ex Ulp. l. 2. prima facie justa est, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia, ^{§. pen. ad. except.} quæ *Duplicatio* vocatur.

De triplicatione.

2. Et, si rursus ea prima facie justa videatur, sed Ex d. l. 2. §. propter aliquam causam actori inique noceat; rursus alia allegatione opus est, qua actor adjuvetur, quæ ^{pen. de except.} dicitur *Tripliatio*.

De ceteris exceptionibus.

3. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introduxit, quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere.

Quæ



Quæ exceptiones fidejussoribus prosint, vel non.

4. Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerumque accommodari solent etiam fidejussoribus ejus, & recte: quia, quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati judicio redditurus est eis, quod ii pro eo solverint. Qua ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis cum eo fuerit, placuit, perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, *nisi bonis cesserit*. Sed hæc exceptio fidejussoribus non datur: ideo scilicet, quia, qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut, cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligavit, suum consequi.

I.

Exceptio late sic dicta est *Allegatio Juris*, per quam *Rei Actorisve Intentio*, prima facie justa, excluditur. *l. 2. pr. §. 1. 2. 3. ff. d. Except. PR. §. I. II. III. J. b.* Ea complectitur Exceptiōnem stricte sic dictam, qua *Actio*, *Replicacionem*, qua *Exceptio*, *PR. J. b.* *Duplicationem*, *§. 1. I. h.* qua *Replicatio*, *§. I. J. b.* *Triplicationem*, qua *§. 2. I. h.* *Duplicatio*, *§. II. J. b.* *Quadruplicationem*, qua *Tripliatio* evertitur; imo varietas negotii *§. 3. I. h.* quandoque multiplicari nomina jubet. *§. III. J. b. l. 2. §. 3. ff. d. except. j. de §. IV. J. b. commemorata ad t. præc. N. 2.*

II. Exceptiones tractantur Jure Imperii Camerali

merali ita ut in Dilatoriis ultra Duplicam, *Ord. Cam. P. 3. t. 26. §. 3.* in Peremtoriis ultra Tripli-
cam non liceat procedere. *Ord. Cam. P. 3. t. 29.*
§ f. Judicis tamen Arbitrio Positiones restrin-
gi & ampliari queunt. *Ord. Cam. P. 3. t. 38.* *Jure Sax. El.* super Exceptionibus proceditur *ante Li-*
tis contestationem Viva Voce per tria Producta,
dren Wechsel Sâze. *P. 1. C. El. 1.* Post Litem con-
testatam in scriptis, & quidem deduci solet illius
Justitia 1) nondum publicatis Attestationibus, quo-
ties hoc a Judice in specie impetratum fuerit,
per *Duas Positiones Alternas*, quarum singulis
4. hebdomadæ sunt definitæ. *P. 1. C. El. 9.*
2) publicatis Attestationibus per *Alterna Duo*
Producta, Exceptionem, Replicam, Duplicam,
Triplicam, quorum singulæ intra 6. hebdoma-
das sunt exhibendæ. *P. 1. C. El. 18. j. O. P. S. t. 29.*
§. Wann aber.

TIT. XV.

De Interdictis.

Continuatio & definitio.

Sequitur, ut dispiciamus de interdictis, seu actio-
nibus, quæ pro his excentur. Erant autem
interdicta formæ atque conceptiones verborum,
quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri
prohibebat. Quod tunc maxime siebat, cum de
possessione, aut quasi possessione inter aliquos con-
tendebatur.

Divisio prima.

1. Summa autem divisio interdictorum hæc est, quod aut *prohibitoria* sunt, aut *restitutoria*, aut *exhibitoria*. *Ex Ulp. l. i. §. 1. de interd.*